



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

D. Petri Duen.

libro. v. ordinamenti, que leges declarantur & intelliguntur per l. cxxvij. ff. de i. & ultra Montaluum in d. l. j. fori. ita tenet Palat. Ruui. in repet. rubr. de donatio. inter virum & vxor. §. lxxij. per totum Bartho. de Chassa. in consuetu. Burgun. in tit. {des droiz}. §. xliij. in fine fol. 136. col. ij. nu. 1.

Limita hanc Regulam octo modis, vt per Rodericum Xuarez in d. l. j. titu. {de las ganancias.} lib. iij. fori. fo. 11. vsque ad fol. 21.

REGVLA III.

Acquisita per vnū ex fratribus, simul post mortem patris habitantibus, præsumuntur acquisita de communi, argum. text. in l. si fratres. ff. pro socio. Ita tenet Specul. in titu. de iudi. §. sequitur videre de communibus iudicis. Hanc regulam ponit Barto. in l. Titium. §. altero. ff. de administ. tut. nu. 5. Bal. in l. si patruus. C. commu. vtriu. iudi. Ias. in l. j. C. qui testa. facere poss. vbi communiter concludunt. Quod si simul cum hereditate indiuisa post mortem patris vixerint, luca communicauerint, de superlucratis inuicem alter alteri rationem non reddiderint, præsumi societatem.

Quam regulam & opinionem limita quatuor modis, vt per Andre. Alcia. in tractat. presump. in prima regula, præsump. xxv.

Limitatur quinto ultra Alciatum, quandocunque vnus ex fratribus emerit aliquem fundum palam & scientibus alijs fratribus, & receperit chartam pro se tantum, vt in Litaque. ff. pro socio. & in l. j. in §. magistratu. ff. de exerci. Ita determinat Bald. in l. si socius. ff. si cert. petat. & in l. j. C. si quis alte. vel sibi. & in l. si vt proponis. ad fin. C. de rei vendi. Ias. in d. l. si socius. nume. 2. vbi dicit qd secundum prædicta debet intelligi & limitari illum dictum Bartol. in d. §. altero. secus tamen est quando vnus ex fratribus emerit fundum alijs ignorantibus, quia tunc iure societatis communicare tenetur, secundum Ias. ibi.

Alias limitationes ad hanc Regulam ponit Barth. de Chassa. vbi notabiliter tractat materiam, in rubrica 7. titulo. {des successions}. §. v. nu. 17. cum seq. fol. 143. col. iij. Et notabiliter, vbi per quatuor regulas declarat supradictam regulam cum aliquibus limitationibus & ampliationibus, Aymon Publicius, in glos. ad consuetudines Algenig. in tit. xv. artic. j. per totum.

REGVLA IIII.

Acta criminalia, vel instrumenta in causa criminali non debent produci fisco ab eo, de cuius crimine agitur. Hanc Regulam ponit Bar. per illum tex. in l. is apud quem. nu. 8. C. de æden. intelligendo glo. ibi, in verbo, exhibere. quem sequitur ibi Ias. & alij Doctores, probatur etiam per tex. in l. nimis graue. C. de testib.

Limita